



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 445. Leonis Pap. Annus 6. Theod. 38. Valent. 21. Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

IESV CHRISTI

Annus 445.

LEONIS PAP. THEOD. 38. IMP. VALENT. 21.

I. DE NOMINE CONSULIS

ANNVS qui fequitur quadringentesimus quadragessimus quintus. Consulatu sexto Valentiniiani Augusti & Nomi (quem alij perperam Nonium dicunt) repetitur adscriptus in publicis monumentis Consulibus citari solitus. Quod ad Nomi pertinet: hoc anno Dioscorus Episcopus Alexandrinus eius operi abusus est ad exagrandos Cyrilli prædecessoris affines, exigendo ab eis bona illius. Quam verò tyrannicè Dioscorus in eos hoc anno agere cœperit, ex libello Athanasij eiusdem Cyrilli exortore nepotis postquam intelligere, in quo hæc post exortorem habet, ubi cuncta ab obitu Cyrilli, quem contigisse diximus anno superiori, historia exactè describitur his verbis: Saula & beata memoria Cyrilli magna Alexandria civitatis quondam triginta & duobus annis Archiepiscopus irreprehensibiliter & cum recta fide vivens, mihi quidem Athanasio & clarissima memoria Paulo fratri meo adunculus fuerat, mea verò matris Isidore germanus. Hic mortuus testamentum condens, honoravit eum, qui cum, ille post eum fuisse ordinatus Archiepiscopus, plurimum & magni legati de sua substantia, concurans cum in scriptis per venerabilia & terribilia mysteria, ut ipsius fuerat genus, & in nullo eis laborem intuleret.

II. DE REVERENDISSIMO DIOSCORO

Sed reverendissimus Dioscorus, qui nolo non solum nostro sed etiam totius illius diocesis succedens throno, in iustitiam exercens contra eum rectam fidem hæreticus constitutus, non solum non fuit, sed pro nihilo duces eius terribiles adulationes, contrarias in nos operatur, omnes aduersus nos inquirens insidias: & in principio quidem Episcopus actus (quem nescio quâ ratione sortitus est) mihi & fratri meo adhuc tunc superstiti mortem minitans, à nominatissima Alexandria quâdam nos interuentione exelcit, ut persecutionem passus exinde ad felicissimam Constantinopolitanam urbem perueniremus sperantes mereri auxilium.

III.

Sed intentio reverendissimi viri ita erat, quatenus hic teneretur & affigeretur tam ab iniqua memoria Chrysaphio quam etiam à magnificissimo & gloriosissimo Nomo, tunc res totius Orbis habentes, qua manifeste sunt præ manibus. Hoc enim mandavit per literas, quasi magnum aliquid providens memoratus, ut nos quidem ab eis conuincerent, ipsi verò nostra captiouis gratiam se habere confiterentur. Quippe illis cum in Rogam urbem perueniremus, sperantes mereri auxilium, sub custodia diuersi sumus penitus subiecti, quousq; omnia, quæ in mobilibus habebamus, ardentibus: ita ut cum tormentis non sufficeremus, quasi pro remedio cogemur cum grauisimo vsuru multos sueratores inquirere: ita ut nossem quidem frater clarissima memoria Paulus non sustinens cruciatum & iniurias, humano rebus excederet. Ego autem Athanasius, & nostra matertera, & vxor & filij fratris mei malo nostro in humano rebus permansimus, nihil aliud quam sueratores habentes sub grauisissimo vsuru, ut de cetero nec procedendi habeamus licentiam pro frequentissima sueratorum contra nos interpellatione, cum non haberemus, unde solueremus debitum. Super hac autem vi neque habitationem aliquam haberemus: nostras domos preparavit Ecclesiæ fieri, meam Athanasij quarto recto superiacentem, & que præ sui positione fieri non posset Ecclesiæ, quia completitur cum prædicti domibus aliam etiam vicinam domos & reditus tenens, inuidiâ planè exlauciatas Dioscorus, quod in ea familia sexaginta ferme annis aantæ sedis dignitas & amplitudo perfuerat ille (nam tenuit eam Theophilus Cyrilli patris annis vigintiseptem, cui succedens Cyrillus, eidem præfuit Ecclesiæ annis trigintaduobus) ad eadem acerbam in Cyrilli coniunctos persecutionem excitauit. Subdit verò Athanasius:

IV. DE NEQUE HIS CONTENTUS, ME PRESBYTERIO PRIMAVIT, & ALIENUM AB ECCLESIA SECTI COLLEGIO, NULLA ADVERSUM ME FACIÀ ACCUSATIONE. ET IAM AGITUM ANNUM INTEGRUM ERRANTES DE LEO IN LOCUM? ALIQUANDO QUIDEM A CREDITORIBUS FUGIENTES, ALIQUANDO & AB IPSO, NEQUE IN ECCLESIA, NEQUE MONASTERIIS HABITARE PERMISSUM. SIC ERGO PERUENIENTE ME ATHANASIO IN METANEA, CUI ID NOMINIS SUBURBANO MAGNA

Alexandria civitatu, quod aliquando Canopus vocabatur, quod suburbianum ab initio & antiqua consuetudine ad refugium confugiendum constitutum est: totum enim videtur esse sub tutela venerabilis monasterij Tabennensium) verum etiam & intra fines sanctæ Dei Ecclesiæ habens & publicum balneum, in quo & refectore nostrum miserabile corpus, & tutelam ab insidiaribus sperabamus habere: in tantum autem ad imperatorem memoratus reverendissimus Episcopus declinavit, ut miserabilibus nobis omni miseratione effectus neque miseretur, neque aliquando aliquod mandatum Christi præcipere impendat. Nam præcepit, neque publicum balneum exhiberi, neque panem transmitti, neque aliquem alium cibum ibi vinnari, ad hoc vnum reficiens, quatenus sub angustia non lauandi & sanis periremus. Unde ex multa angustia & penuria paulo minus de humanis rebus excesseramus: quod mihi quidem optabile erat, ut à tanto malo liberarer, non autem contigit mihi per misericordiam Dei. Pecunia namque, quas exacturi sumus, quædam quidem de propria nostra substantia, alia verò sub grauisissimo vsuru (sicut diximus) accommodatæ vsque ad mille quadringentas plus minus auri libras extenduntur, quas à nobis magnificissimus & gloriosissimus Nomo (hic geniti huius Consulatus & sic) per virum deuotum Severum Magistratum & quondam Subaditorem eiusdem deuotissima Magistratorum schola accepit: nec enim factum illius barbari Chrysaphij vidimus. Post hæc omnes pecunias exegit à nostris materteris, sororibus verò sanctæ & beate memoris Cyrilli, vsque ad ipsam auri mam, extremamq; expugnationem assiluit metu mortis, impostus auri pondus octoginta quinque. Nihilominus & filio clarissima memoria fratris mei orbitate infelices, & eius vxorem mortem mariti sui plangentem auri pondus quadraginta soluere cœgit. hæc tunc de his, quæ passi sunt Cyrilli propinqui, insigatione Dioscori, per Nommum anni huius Consulem ordinatum. Vetus exemplum, frequentius iteratum, de his, quæ pati soleant, siue iustè, siue iniustè ditati Episcoporum contrarias.

ANGUSTIA ATHANASII CYRILLI NEPOTIS.

exacti.

Ad hunc eundem Nommum Consulem extant à Theodoro date tres epistolæ, quarum prima perbreuis ita se habet:

V. Theodoro date tres epistolæ, quarum prima perbreuis ita se habet.

Theodoretus Episcopus Cyri Nomo Consuli. Biferiam animus mihi diuidit, dum consulo, an scribendum mihi sit tue celsitudinis. Cum enim nouerim mentis tue sublimitatem, & publicas curas tibi animo inhære, præstare arripere sileo. Cum verò è contraria tue ventus vastitatem, tacere non possum, verius ne inerte reprehendar. Impellit me etiam desiderium, quod modica illa tui aspectus experientia & sensus mihi iniicit. Sattari enim me, minus permittit beatissimi illius hominis mortuus & obitus, cuius causa, solatiij medicamentum, literas dedit. Vniuersum autem Dominum precor, ut tuam vitam feliciter ducat semper & dirigat; ut eadè providentiâ omnes sui possumus. hæc ad huius anni Consulery Nommum Theodoretus: de dyabus verò reliquis epistolis ad eundem datis, suo loco opportunius agemus.

VI. Merz. hii. Conf. CONSANTINOPOLITANA CIVITAS DIRA AFFLICTATA.

Quibus verò cladibus hoc anno ipsa Constantinopolitana ciuitas afflictata fuerit, hic paucis Marcellinus: Apud Byzantium populari ortâ in Circa seditione, multisq; iniuicem trucidarunt, multaq; extrinsecus hominum instar pecorum corpora perierunt. His Consulibus magna James Constantinopolim inuasi, pestisq; illud subsedit: templum regie vinitatis igne crematum, hæc ipse. Ex quo enim exorta ibi est Nestorij hæresis, & ab eius studiosis foueri (vel saltem eoclen) non destitit, florentissimus ille status tum ciuitatis illius, tum totius Orientalis Imperij, in deterrimum planè omniumq; in Mæritimum mutatus est. Abominationem enim hæresum post se ducere solere desolationem, tum diuinis & literis, tum exemplis frequentibus admonemur. Sed ad huius annos Ecclesiasticas Occidentis stylum ad moueamus.

Dan. 9. Mat. 24.

Cum anno superiori (vr vidimus) S. Leo Romanus Pontifex Manichæos Romæ reptos ad publicum Concilij ibidem habiti perduxisset examen, vulgassetq; eorundem portentosa facinora: eiusdem Pape solerti Valentinianus officio non desuit, quin eosdem nefandissimos hæreticos lege editâ insequeretur. hoc igitur anno aduersus eosdem ad Albinum Præfectum Prætorio ira rescriptis:

VII.

Neuall. Valent. li. 2. tit. 2. de Manich. VIII.

Superstitio Paganorum quoque damnata temporibus, inimica publica disciplina, & hostis fidei Christianæ, ad excidium sui le-



CONSTITUTIO VALERIANI CONTRA MANICHAEOS.

mentiam nostram non immerito provocant: Manichaeos loquimur, quos execrabiles, & toto Orbe pellendos omnium retrò Principum statuta indicant. Nec dissimulationem crimina nuper detecta patuntur. Quae enim, & quam dictu auditis, obfœna in iudicio beatissimi Papae Leonis, coram Senatu amplissimo, manifestè ipsorum confessione patefacta sunt? Adde veorum quos, qui diceretur Episcopus, & vocis propria proderet, & omnia scelera suorum secreta perscriberet: quod notitiam nostram latere non potuit, quibus tantum non est negligere tam desensandam Divinitatis iniuriam, & impunitum relinquere scelus, quo non solum corpora deceptorum, sed etiam anima inexpiabiliter polluantur. Unde, Albine parens charissime Augustorum, illustris magnificentia auctoritatis tuae hanc nos in aeternum victurâ legem statuisse cognoscat, quam in omnium provinciarum faciat notitiam, edictis propositis, percurrere: Vt ubi cunque terrarum quisquis Manichaeorum fuerit deprehensus, pœnas, quas in sacrilegos iura sanxerunt, auctoritate publica severitatis excipiat. Sitq; publicum crimen, & omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiquam licitum, eorumq; sit, aut celare tales, aut talibus connivere, cum omnia de huius à nobis confirmata sint retrò Principum constituta: & nonerint univèrsi, hæc edictali lege proposita, Manichaeos dignitate militum, & vrbium habitatione privandos, ne quis innocenti talium conversatione & societate captivetur. Successiones nec capiant, nec relinquunt, sed Fisci nostri viribus aggregentur. Nec eni quod palam inter dicitur, vlti fraude quaratur. Iniuriarum careant actione: contractus liberos omnino non habeant. Primates vniuscuiusq; militiae vel officii mox exigenda per apparitionem vestram decem librarum auri multa percipiat, si quem hæc superfluitate pollutum fuerit militare. Neque enim aliquid nimium in eo videtur posse decerni, quorum incesta peruersitas religionis nomine, lupanilibus quoq; ignota: vel pudenda committit. Dat. VIII. Kal. Iulij, Roma, Valentini Augusti VI. & Nuno V. C. Conf.

Nomo IX.

Sed & in memoria quidem perpetua dignum est eiusdem Imperatoris illud scriptum, S. Leone Romano Pontifice experente, ad Aetium agentem in Gallia Magistrum militie hoc anno datam in causa Hilarij Episcopi Arelatenfis, quod quidem nobilissimam rei gestae cuius temporis historiam continet: describimus ipsam, ac subinde reliqua ad eandem causam spectantia in medium adducemus, sic enim se habet: Certum est nobis & Imperio nostro vnicum esse presidium in superna Divinitatis favore: ad quem promerendum præcipue Christiana fides & veneranda nobis religio susfragatur. Cum igitur solum Apostolicum primatum, S. Petri hereditum, qui Principis est Episcopalis corona, & Romana dignitas civitatis, & aetiam Synodi firmavit auctoritas, ne quid præter auctoritatem solum istius inlicitum præsumptio attentare nitatur: tunc enim deum Ecclesiarum pax vrbis, servabitur, si reverentiam suam agnoscat univèrsitas. Hoc cum hæc tenens inuolubiler fuerit custodita, Hilarius Arelatenfis, sicut venerabilis viri Leonis Romani Papae fidei relatione comperimus, contumaci ausu inlicita quadam præsumptio tentavit, & ideo Transalpinae Ecclesiae abominabilis & multum iniussit, quod reus: maxime respublicæ exemplum. Hilarius enim qui Episcopus Arelatenfis vocatur, Ecclesia Romanae vrbis inconsulto Pontifice, indebita sibi ordinationes Episcoporum, sola temeritate usurpans iniussit: nam alio incompetenter remouit, indecenter alios, iniussit & repugnantibus civibus ordinavit. Qui quidem, quoniam non facili ab his, qui in elegerant, recipiebantur, malum sibi contraheret, armatam, & clausa murorum in hostilem morem vel obfisione cingebat, vel aggressionem referabat, & ad sedem quietis pacem prædicaturus, per bella ducebat.

remouens

Hic talibus contrarij imperij maiestatem, & contra reuerentiam Apostolicam sedem admissis, per ordinem religiosi viri Vrbis Papae cognitione discussis, certa in eum ex his, quos male ordinaverat, lata sententia est. Erat ipsa quidem sententia per Gallias etiam sine Imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti Pontificis auctoritate in Ecclesiis non liceret? Sed nostram quoq; perceptionem hæc ratio provocavit, ne vltimis vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari, sola mansueti Praesulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Pontificis liceat obviare. Ausum enim talibus fides & reuerentia nostri violatur Imperij. Nec hoc solum, quod est maximi criminis, submouemus: verum ne leuis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo manus religionis disciplina videtur: hæc premissa sanctione decernimus, ne quid tam Episcopi Gallicane, quam altarum

prædicatum

X.

IVRA ROMANA PONTIFICIS SERVANDA.

provinciarum, contra constitutionem veterem licet sine vrbis venerabilis Papae Vrbis aeternae auctoritate tentare: sed illa, omnibusq; pro lege sit, quaequid sanxit, vel sanxerit Apostolica sedis auctoritas: ita ut quisquis Episcoporum ad iudicium Romani Antistitis evocatus, vrbis negligere per Modestorem eiusdem provinciae adesse cogatur: per omnia servatus, quae diu parentes nostri Romane Ecclesiae detulerunt, Aditæque charissime Augusti. Unde illustris & præclaræ magnificentia tua presentis edictali legi auctoritate facit, quae sunt superius statuta servari, decem librarum multa protinens exigenda ab vnoquoq; Indice, qui passus fuerit præcepta nostra violari. Et manu divina. Divinitas se terret per multos annos, parenti charissime. Dat. VIII. Id. Iunij, Roma, Valentini Augusti VI. Conf. hæc tenens Valentini constitutio: quæ facile pervides Romani Pontificis in omnes Ecclesias auctoritatem, & ad hoc illi Imperatores inferunt, ut eius auctoritas aduersus omnes refractarios facta testis custodia diatur.

Ceterum quod ad propositam causam Episcopi Arelatenfis spectat, ut exactè clausula noscatur, est ipsa aliis repetenda. Primumq; illud non ignorandum, antiquam questionem agitatam fuisse inter Episcopum Arelatensem & Viennensem; quod ille præcederet ordinandi Episcopos provinciae Viennensis spectare ad Episcopum Arelatensem. Jam enim à tempore Concilij Taurinensis inter Episcopos eiusmodi de primatu controuersia agitata est, hæcque definitio in illa Synodo sancita fuit: Illud deinde inter Episcopos vrbium Arelatenfis & Viennensis, qui de primatu apud nos hoc recitabant, à Synodo definitum est, ut qui aetate comprobauerit civitatem suam esse Metropolitam, in totius provinciae honorem primatus obtineat, & ipse iuxta præcepta canonum ordinationum habeat potestatem. Ceterò ad pacem vinculum conservandum, hoc consilio vltiori decretum est, ut si placet memoratarum vrbium Episcopi, vnaquaque de his vicinioribus sibi inter provincias vendicet civitates, atq; eas Ecclesias vrbes, quas oppido suo proximas magis esse constiterit: ut vni memoris vnanimiter atque concorditer, non alter alteram sibi longius usurpando, quod est alijs proinde inquietis, hæc est definitio sanctæ Synodi Taurinensis.

At verò hæc hic contentus voluit esse limitibus Arelatenfis Episcopus, qui & super provinciam Viennensem primatum sibi vendicare præsumebat: clarissima enim vrbium Gallicanarum Arelatenfis civitas enitere videbatur, quam Antonius Romanus Gallulam nominat: ut aetate eadem Imperatorum privilegij, sed & Ecclesiasticis legibus illud olim consecuta fuerat dignitas, & ad Arelatenfis Ecclesiae Episcopum pertinere Synodum in provincia congregatæ, quomobrem Arelatenfis Episcopi hæc acquiescere vult deceto Concilij Taurinensis; sed ordinat Episcopos, reclamantibus populis, in Viennensi & Narbonensi provincijs sepe tentavit. His accessit, quod iuncto Herote Arelatenfis Episcopo, & factione Constantij tunc Magistrum militum in locum eius intruso Patroclo, eidem in odium & invidiam comprouincialium Episcoporum & Metropolitanorum contradicentium datam est ius ordinandi Episcopos non in Narbonensi tantum Gallia, sed & Viennensi. Cum verò idem sibi id usurparet Patroclus Episcopus, aduersus eum conuesti sunt populi apud Bonifacium Romanum Pontificem de illicita ordinatione præsumpta: aduersus quem ipse Bonifacius Papa rescriptis ad Hilarium Episcopum Narbonensem, ut ex præcepto Nicæni Concilij singuli Metropolitanis singulis prælint provincijs: prohibuique ne Arelatenfis Antistes suæ provinciae fines excederet. In quam quoque sententiam postea Celestinus Papa rescriptis ad Episcopos earundem provinciarum Viennensis & Narbonensis Galliarum, nimirum ut quisque Metropolitanus suâ provinciae deberet esse contentus.

Postea autem hoc tempore S. Leonis Papae eadem ferme querela ad sedem Apostolicam perlata est aduersus eundem Hilarium, nimirum, quod in provincia Viennensi ordinatum præsumpsisset Episcopum deponere Celidoniu, tursumque & alium in locum Episcopi Proteici nomine nondum mortui substituere. Cum verò Romam idem Hilarius ad dicendam causam sponte se contulisset: de his omnibus conuictus, hæc expectata sententia, vel obtenta licentia, ab Vrbe recedens, redijt Arelatam: aduersus quem

hoc

XI.

CONSTITUTIO VALERIANI CONTRA MANICHAEOS.

XII.

CONSTITUTIO VALERIANI CONTRA MANICHAEOS.

CONSTITUTIO VALERIANI CONTRA MANICHAEOS.

XIII.

CONSTITUTIO VALERIANI CONTRA MANICHAEOS.

hoc ipso anno (vt ex receptis Valentinijs colligi potest) S. Leo ad Episcopos Gallie Viennensis provincie epistolam dedit, cuius est exordium: *Divine cultum religionis, &c.* habet autem ipsius prefatione hæc de primatu Romanæ Ecclesie: *Hinc manerit sacramentum ista Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro, Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret, vt ab ipso quasi quodam capite, dona sua velat in corpus omne diffunderet: vt eorum semper fieri intelligeret esse diuini, qui ausus fuisse à Petri soliditate recedere. Hunc enim in consortium induit diuinitatis assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari, dicendo: Tu es Petrus, &c. super hanc petram edificabo Ecclesiam meam: vt eterni ædificatio templi: mirabili munere gratia Dei, in Petri soliditate consisteret, hæc Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec huiusmodi temeritas possit appetere, nec potra contra illam inferri prelati ent. Verum hanc petra istius sacratissimam firmitatem, Deo (vt diximus) adificante, constructam, nimis impia vult presumptione violare, qui quis eius potestatem tentat infringere, &c. pergit post hæc de presumptione Hilarij in excedendis suis ipsius provincie terminis, & de Celdionio Episcopo, cuiusque causa agitata ipso presente Hilario Romæ in Episcoporum Concilio. Subdit & de causa Proiecti Episcopi, cui egrotanti Hilarius subrogauerat successorem, cum, etiam si mortuus esset, ad Viennensem id spectaret Episcopum, cuius in provincia Proiectus erat Antistes. Ad postremum verò irritis redditus his ab Hilario iniuste præsumptis, & de creandis nouis Episcopis præcipit regulâ, hæc in ipsum Hilarium S. Leo:*

*Sui vnaquaque provincia si contenta Concilijs: nec vltra Hilarium audeat conuenire Synodales, & sacerdotum Dom. ni iudicia se interserendo turbare: qui non tantum non erit se ab alieno iure depulsum, sed etiam Viennensis provincie, quam malo videretur: potestatem priuatum. Dignum est enim, fratres, antiquitatis statuta reparari, cum illi, qui sibi ordinationem prouincie inobedite vendicabat, talis in presentem etiam prolatus fuerit, vt cum ipse frequentius temerarius & insolentibus verbis sententiam damnationis exproberet, sua rancore in ciuitate illi sacerdotum pro sedis Apostolica pietate præcepta nostra seruauerit. Non ergo sit illi ordinatio, qui meritis suis confusus, cum quaereretur ad accusandum, turpi fuga se credidit subtrahendum, exiri Apostolica communionis, cuius participatione nobis, & ad iudicia nostra pertinet, & inter examinationes habitas, ne communionis nostre consortes fieret, vt abscideret lateres, afficit. Addit his admonitionem ad eisdem Episcopos Viennensis provincie, ne pro leui causa sententiam inferant excommunicationis in aliquem: p. affecti: Leontium Episcopum, vt eius consensu futura Synodi in ea provincia celebrentur. Erat Leontius iste Episcopus Fori Iulij in Gallia Narbonensi, celebris fama vir. At plane ab hoc diuersus ille fuit Leontius, qui postea eiusdem Arelatenis Ecclesie Episcopatum rexit, de quo suo loco dicendum, ad quem extat Sidonij Apollinaris epistola, quâ ipsum his laudibus ornat: *Nostri mediocritas ætate vite, tempore dignitatis privilegio loci, laude scientia, dono conscientia vestra facile vincatur, &c.* hæc ad Leontium Sidonius, cui iam esset Episcopus Auernensis, eiusdem quoque meminit in epistola ad Basilium. Extat & breuis de condemnatione Hilarij epistola ad Episcopos Galliarum, nominationem vero ad provincie Viennensis Episcopos, qua etiã agitur de redintegratione ipsius Archiepiscopi Viennensis, sic enim se habet:*

Dilectissimi fratres per Gallias, & Viennensem provinciam Episcopi constituti Leo Episcopus. Quæli pertinacia Hilarij Arelatenis Episcopi iudicium nostrum effugerit, sancta vestra fraternitas non ignorat. Vnde & insulam moderationem, quam in potestate per Vicarios suos semper exhibet, Arelatenis Episcopus non expectauit, à privilegio sua ei rati submotus, humilis loco discat, quod in magno grati munere predecessorum nostrorum concessio tenere noluit. Si q. redintegratum Viennensis Archiepiscopo privilegium, & ius antiquum, quod Apostolica benignitas ad Arelatenem ex parte transtulit ciuitatem, vt tali severitate Hilarij coerceretur, discat non temere transgredi criminos antiquos, canonica prolatione damnatos. Data v. Caluo Idus Ianua-

ry, Valentiano Augusto I. V. & Amico Cons. Sed abique dubio mendum irrepit: siquidem Consulatus Amieni cum Valentiano post obitum Hilarij contigit. Restituendus ergo est textus, vt dicitur, sub Valentiani, & Momi Consulatu anni huius.

Habito igitur (vt idem testatur S. Leo) Romæ in hac causa Concilio, litæq. Viennensibus adiudicata, datâ ab ipso ad eosdem epistolâ: ne maiores tumultus ea de re ab Hilario concitarentur, placuit eidem Romano Pontifici aduersus eundem Hilarium interpellare Imperatoris officium per Aetium Magistrum militie exhibendum, hæc enim Hilarij causâ. Sed corrigendum nobis est, quod aliquando opinati sumus, ipsum Hilarium abdicantem se Episcopatu, Lerinum ad pristinam vitam monasticam redisse, ad quidem exitum adaperuit nobis viam Sidonius Apollinatis, dum in epigramme Eucharistico ad Faustum, recensens nobilissimos eiusdem insule incolas, vitæ monacæ professores, hæc de Hilario:

Inter redeuntis Hilarij, ex quo putauimus ipsum reuersum, Episcopatu nuncio remisso.

Verum vbiq. dem peruenit ad nos ab eodem Hilario scripta S. Honorati Vita, necnon S. Eucherij libellus ad eundem Hilarij datus de laudibus Eremi: planè compertimus reditam ipsius Lerinum contigisse, cum adhuc viueret Honoratus, imo ipso exordio eiusdem Honorati episcopatus. Sciat enim Hilarius fuerat Arelatum ipsam S. Honoratum creatum Episcopum: sed eo deinde relicto, amaram repetijt solitudinem. id quidem ipse in primis Hilarij tradit, vbi de S. Honorato agit, his verbis alloquens suos Arelatenes: *Vbi me tanto labore per literas, & to per excusum suum ambidâ in insula, cui me derelicti Episcopatus sui principij, secreti amor reddideram, non audeo dicere, nisi ceteris forsas præfatu amouere fatigabat, hæc ipse. Sed & S. Eucherius ad ipsum de laude Eremi scribens egorditur his verbis: Magna tu quidem animo egressus dudum de domo tua & cognatione tua, v. que ad mare magnum, recentia eremi secreta penetraveris: vnde tamen virtute repetisti ad te eremus, quam petisti. Si quidem cum hanc prius hospes ingressus es, habuisti ducem, & velut iterum in præteritum, quem deinde militie caesaru magistrum, enim, tunc secutus, & parentes relinquens, parentem tamen sequeretur: nunc vero cum eundem ad iterum ad Pontificatus fastigium prospendum putaris, ad familiare secretum eremi te amor retinet. Ergo nunc es nobilior & maior exemplo. Prius enim tam de seruum peteres, comitatus patrem videbaris: nunc cum deseruam repetitur, etiam patrem reliquisti, nempe ipsum S. Honoratum, hæc & alia de his S. Euche. his, cum eâ occasione præclaram illam ad ipsum de laude Eremi laudationem dedit. Ceterum quod ad ipsum Hilarium spectat, rursum Arelatum literis Honorati accessit, interius, vt ipse docet, cum idem sanctus ex hac vita migravit: quem & peregrinam & funebri oratione laudauit, quâ eius Vitam contexturam Arelatenis factus Episcopus.*

At hæc ceteris Antistes, iura sua Ecclesie vindicaturus, plus equo visus sit esse prolapsus: tamen cedens, eò tandem peruenit culmine sanctitatis, vt ore omnium meruerit commendari. Et vt omittamus ea repetere, quæ de ipso dicta sunt superius de laboribus aduersus Pelagianam heresim exantatis, de eius erga pauperes munificencia Gennadius ita scribit: *Hilarius Arelatenis Episcopus, vir in sanctis scripturis doctus, pauperum amator, & erga inopum provisionem non solum mentis pietate, sed & corporis sui labori sollicitus: ut non proficiscendo pauperibus etiam rusticitatem contra vires suas humo genere clarus exercuit: sed nec in spiritualibus neglexit: nam & in docendo gratiam habuit, & abique personarum acceptione omnium castigatum opus prædicationis ingessit, hæc Gennadius. Potrò haud his paucis circumscribi & conscribi valuerunt egregie eius virtutes, & spectatissima morum sanctitudo: etenim (vt idem auctor est Gennadius) Honoratus, non Arelatenis, sed Episcopus Massiliensis eiusdem Hilarij res gestas perpetuæ memoriæ consecrauit: laudatum etiam à S. Prospero diximus: egregio quoque cum præconio profecturus est per Eucherium Constantinus in Vita S. Germani. Sed accipe nuper ad nos missum Epitaphium ipsius sancti Hilarij Arelatenis Episcopi, cuius sepul-*

XV. INTERPELLAT. CON. P. A. HILARIUM.

Sidon. epist. 90.

XVI.

XVII. HILARIUS ARELAT. EPISC. VIRTUT. SVS CLAVS. Gennad. de Scrip. Eccl. c. 69.

Gennad. de Scrip. Eccl. c. 99.

chrum

37
CHRISTI
445
PAP. G. VALENT. 21.
NOMINA
ECCLESIA
ALIBI
ROBATA
VA.
3. Mat. 16
XIV.
DE QVI
SVI RE
DARQV
TVR HL
LEVI
CONDIT
METVE.
e Sidon. 5.
4. ap. 3.
e Sidon. 5.
7. ap. 6.
e. Math.
Flor. c.
de. 2. l. an.
Cuius.
149 p.
LEONIS
PAPA DE
TIRA DE
HILARIJ
EPISC.
ARELAT.
CONDEM
NATIONE
al. tertio



chrum est in Ecclesia S. Honorati extra muros Arelatae, in capella subterranea, quae est sub altare maius dictae Ecclesiae. Sepulchrum erat opertum praegrando lapide marmoreo: & in fronte dicti lapidis leguntur haec verba: Sacrosanctae Legis Antistes Hilarius hic requiescit.

Extant & super sunt in eadem capella fragmenta tabulae marmoreae, ex quibus Epitaphium subleuens literis Romanis scriptum eliciuntur:

Antistes Domini, qui paupertatis amorem
Praeparans auro rapinae caelestia regna
Hilarius, cui palma obitus, & vincere Christus,
Contemnit, & erat terreni corporis usum
Hic carnis spolum liquit ad astra volans.
Spernit opes dum querit opes mortalia vitans
Perpetua caelum dona terrestribus emit.
Gemma sacerdotum, plebique, orbisque magister:
Rostica qui etiam pro Christo munia sumens
Officio vixit minimis sed culmine summus.
Nec miramur post haec meruisse lamina Christi,
Angelicis, domos intravit, & astra regna
Diuitias Paradysae suae fragrantia semper
Gramina, natantes diuini floribus hortos
Subiacet, videt nos, & sidera caeli.

* subie-
ctaque.
XV III.

Et ad postremum illud satis ad coronam Hilarij, quod huc pro tuendis (vt sibi videbatur, iuste) iuribus Ecclesiae Arelatenfis offensam meruerit tanti Pontificis; tamen quod sanctitate non vulgari claruerit, in publicis Ecclesiae etiam Romanae monumentis titulo meruit sanctitatis adscribi, annuae memoriaeque memoria eiusdem vbique locorum dies natalis coli. Cui sic ad breue temporis spatium contigit ob Ecclesiasticas controversias resillire, vt maiori postea impetu, ardentiori quoque animo, & acriori studio ferretur in hostes. Certè quidem haec, medio cre specimen edidit Christianam modestiam, dum ita exagitatus tam à Pöfifice, quam ab Imperatore (sicut enim fecimus leonis, ita & ita Regis) tamen omnino conqueuit, neq; contrarijs editis, Apologijs suam causam defendit; cum alioqui id praestandi, & vis eloquentiae ipsi suppetere, & iura à praedecessoribus praetensa suffragarentur.

a Rom.
Martyr.
die 5. Marj
HILARI-
VS SAN-
CTITATE
CLARVS.

b Prou. 19

XIX.

Quod verò ad eiusdem Hilarij lucubraciones pertinet, nulla praeterea nobis in cuius eius monumenta super sunt, nisi data ad sanctum Augustinum epistola aduersus Pelagianos eius enim fuisse discipulum, superius dictum est, vitam quoque S. Honorati primi cultoris in insula Lerinensis, ac deinde Episcopi Arelatenfis, sui ipsius praedecessoris conscripsit, quod testatur Gennadius, & alij post eum: est enim funebris oratio, quae res ab eo gestas est profectus: sed eam quidem came hincque obductam, latente diu, haud pridem in lucem Parisijs edidit vir doctissimus Gennadius: cui bene opteamur, quod ex ea rescellantur fabulae, seu potius sunt dice da deliria incerti auctoris operis tribus libris distincti de vita S. Honorati, quo in primis fingitur idem S. Honoratus Nicomediae Regis filius & alicuius ad genus, quae non sine nausea legi possunt, nisi ab eo, cuius sit stomachus ferreus, & ignorantiae vndique obducta robigine.

c Gennad.
de op.
VITA S.
HONORATI
AB
HILARIO
SCRIPTA

XX.

Ceterum quod ad S. Honorati genus atque patriam pertinet, ex Senatoria illustri familia, eademque Consulatus dignitate aucta orrum, idem tradit Hilarius, fuisse que patria Arelatensem, idem non obscure significat, dum ait ipsum, duce S. Caprasio sene, conuersum in monachum, germanumque nactum comitem Venantium nomine, vitandae gratiae humanae laudis iter arripuisse Orientem versus, nauigioque peruenisse in Achaiam: vbi defuncto eodem ipso fratre Venantio, ipsum Hilarium cum suis haud leniter agorantem, in iussu consilium patriam reuertendi, & licet quoniam patria fuerit, expressè non nominet, tamen Arelatum significat, dum auctor ipse Hilarius pro cöcio ne alloquens suos Arelatenfes, illis planè verbis insinuat, vbi ait: Hinc iam vobis Honoratum vestrum Christus reducit, & occulta manu salubritatem regressus sui temperat, &c. quem ergo ad suos Arelatenfes reductum atque regressum tradit, sanè inde recessisse significat. Reduentem verò, primum omnium, consilio Leonij Foroiulienfis proximè degen-

MONO-
RATVS
E S. BR-
V COM-
PEND. VM

tis Episcopi, incoluisse insulam Lerinensem in serpentes obiectam, illicque, cedentibus illis, ecclesiam & monasterium, excolendam, accepisse: à seculo profugos ad vitam monasticam excolendam, doceret: sed & Arelatum cum redisset, & conuersum à vita seculari ab eodem Honorato, idè qui ea scribit, affirmat Hilarius: nam ait: Tunc primum illam patriam, quam fugendam dudum crediderat, agnouit: ducit me secum, suam praedam gaudet, triumphat, exultat, &c. recentè eius in Episcopum Arelatensem assumptionem, ac tandem agnitionem, obitum, atque funus. Ad postremum verò eiusmodi praecibus, more maiorum: eundem in caelo regnantem Honoratum interpellat, quod cerè scierit, Deamicos, defunctos licet, humana curare, ait que: Memento itaque, amice Dei, memento iugiter nostri. Deo in oiniquitatum assidue canens illud canticum nosuim, & sequens agnum quocumque praedit: tu illi pedes sequi, tu pro nobis patronus, orationum nostrarum interpres acceptabilis & fortis asseror, profusus ad sepulchrum tuum alumni gregis preces perfer: impetra, vt in inspiratione communi omnes simul, sacerdos & populus, quae iussisti, quae docuisti, obinere mereamur. haec Hilarius: qui ite in Episcopatu successit illius fuit, ita in praefectura canobij Lerinensis post eundem S. Honoratum Maximus Abbas fuit electus, vt S. Eucherius in libello de laudibus Eremi declarat, At verò ipsam Hilarium sub Imperatoribus Valentiano & Marciano diem clausisse extremum, Gennadius auctor est, quem tamen corrigis ex his, quae dicentur inferius anno quadringentesimo quadragesimo nono, ad quem annum S. Hilarius peruenisse demonstratur, decessisseque sub Consulari Alterij & Protogenis sub Theodosio & Valentiano Imperatoribus.

Hucusque, in praesentem videlicet annum, S. Prosperi Chronicon peruenit, quod habetur: vt intelligas ipsum principio & fine caetero, decurrat quae esse: liqudem Cassiodorus de ipso ait: Sanctus quos, Prosper Chronica ab Adam ad Genserici tempora, & vbi de praedictis vj, perduxit mutilata quidem esse omnia, quae praecesserant vsque ad finem S. Hieronymi Chronicon, & alia deesse in fine, lector intelligit.

XXI.

IESV CHRISTI

Annus 446.

LEONIS PAP. THEOD. 39. IMP. ANNUS 7. VALENT. 22.

QUADRINGENTESIMVS quadragesimus sextus Romani annus tertio Aetij Consulari cum Symmacho aperitur, nouis cladius Romano Impero arumtus. erenim Africa, Hispanijs atque Gallijs à diuersis barbarorum gentibus occupatis, quae superat Britannia, à Scottis & Pictis inuasa, diu strage vastatur. Sed primum quod ad tempus spectat; ne in errore labendi detur occasio; emendandus est Bedae rextus in libro de Sex aetatibus, dū tertium Aetij Consularium ponit sub anno vigesimo tertio Theodosij, quem constat in eius Imperij trigelimum nonum incidisse. Profectus est huiusmodi tragediam luctuosam Gilda Britannus, cognomento Sapiens, stylo lugubri. Meminit autem de epistola tunc à Britannis ad ipsam Aetium, Magistrum militie, iam tertio Consulem hoc anno missa, quae à Britannorum strages nunciabatur, rogabatur quae Aetius praesto esse cum excecitate enim: igitur rursum miseri miserentes epistolae reliquias ad Aetium Romanae potestatis virum hoc modo loquentes:

Aetio ter Consuli geminis Britannorum. & post pauca, querentes inquirunt: Repellunt nos barbari ad mare, repellit mare ad barbaros. Inter haec oriuntur duo genera sanctorum, ac iugulamur, aut mergimur, nec pro eis quicquam adiutorij habentes. hucusque ex epistola illa Gilda recitat, sed pergit ipse: Interea famae diuina ac famosissima vagus ac nubundus haeret, quae multos eorum crucientis compulsi praedictis sine dilatione velle dari manus, vt paucillum ad socillandam animam tibi caperent. Alit verò nesciam: quin potius de ipsis montibus spolunt, ac salibus, dum conferti continuo rebellabant, & tum primum in micu per multos annos praedas agentibus strages dabant, non paucis in homine,

II.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.

III.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.

IV.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.

V.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.

VI.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.

VII.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.

VIII.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.

IX.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.

X.

BRITAN-
NIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOT-
TIS.